

nam. cui nō poterunt
resistere et cōtradocere
om̄s aduersarij uestri.
Trademini aut̄ a parē
tibus et fratribz. et cog
natis et amicis: et mor
te afficient ex uobis. Et
eritis odio om̄ibus p̄t̄
nomē meum. Et capil
lus de capite ur̄o nō pi
uit. In paciencia ur̄a
possidebitis animas ue
stras. Cū aut̄ uideritis
circumdari ab exercitu
iherusalem. tunc scitote
quia appropinquauit de
solatio eius. Tunc qui
in iudea sunt: fugiant
in montes. Et qui in
medio eius. discedant.
Et qui in regionibz. nō
intrent in eam. quia
dies ultionis hui sunt:
ut impleantur om̄ia
que scripta sunt. Ve
aut̄ pregnantibz et nu
trentibz in illis diebz.
Erit enim p̄ssura mag
na sup̄ terram: et ira
p̄plo huius. Et cadent in
ore gladij: et captiui
ducentur in om̄s gen
tes. Et iherusalem calca
bitur a gentibz. donec

2, 129 (4438)

II / 129

8)
Augustus
GYMNASII GOR,
LICENSIS

PALÆSTRÄ

ORATORIA ET POËTICA,

^{h. c.}
EXERCITIÄ ORATORIA
ET POËTICA,

^{publicè,}
aut in perorantiüm Cattedrà, aut in aliquo
peculiarì Pegmate, aut in Theatro Scenico,

^a
Florentis ðima Juventute Scholæ
Gymnasii Gorlicensis,

^{intra}
Doctrinæ instauratæ ac publicatæ
LVADEGENNIUM

AUDITORIBUS atq; ac SPECTATORIBUS
ERUDITIS,

PRÆSTITE

M. CHRISTIANO FUNCCIO,
RECTORE GORLIC.

pleraq; ^{et} sonatos & ex promptâ memoriâ,
^{exhibita}

TOMUS PRIMUS



STAMM
GOTTES
GOTTES

PALLENSTRA

ORATORII

EXERCITIA ORATORIA
ET POETICA



ALL CHRISTIANO

JOMMIS

ORATIO VALEDICTORIA 639 ⁶⁰⁷

BIGA

CRATIONUM

VALEDICT.

de

CALUMNIA

&

RETRACTIO

hab.

in

Acroaterio Gymn. Gorbic.

Maj.

ANNO MDCCCLXXIX.

D. XX. Apr.

ALPHABETICUS

ALPHABETICUS

Faint handwritten text in a historical script, likely a form of Latin or German, covering the majority of the page.

Licit, Vir
Prudentia
et Epopta
Licit Sym
ab omni ya
quum secu
evdapro
Loren Sol
Pys In
ille qui
ait peric
vexatus
rum, ple
plane ju
Sat ille
vel ipse
toto ob
rum lup
liberi a
te, nob
Obonam
Jule her
id boni
Aia ha
et prov
Is ro
dim ef
lege
rum c
penite

ORATIO VALEDICTORIA

608
640

de
CALUMNIA

Licet, Viri Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi, Perreverendi, Carissimi,
 Prudentissimi, Urbis hujus famigeratissima Saceres, Gymnasium, Floccentes
 et Exopta maxime suscipienti, Licet, Viri edecumate eruditionis laude specta-
 tissimi, gravissimi, cogitissimis artibus et proclavis virtutibus maxime confici;
 Licet Symachi dilectissimi, Licet, inquam, in rerum natura nihil, qualecunque, id etiam sit,
 ab omni parte, ut Poeta ait, beatum existat, nemo quod mortalium felix sit toto ex parte,
 quum secundum Othurnatum illum datem Punipidam puto, ex h'osis coarct' arq'
 evd'aspor' nullo omni ex parte suscipiam beatu; sed et Plutarch' et Atheniensis
 Syren Sophocles amat dicere, ex ros x'p'os' d'p's' d'z' p'ovor' evd'asporos ad-
 p'os' In hostis tantum Jovis beatam coli felicitatem sciunt; nihilominus tamen
 ille, qui miseriam aut plane nescit, aut nunquam ab illa passus, vel sine periculo vixit,
 aut periculo liberatus, vel, qui calumnia expers, nec ab invidia aut injuriis unquam
 vexatus, in hac mundi macina plena miseriarum, plena periculorum, plena calumnia-
 rum, plena invidia et injuriarum vixit, felix imo et beatus jure meritoq' dici potest, vel
 plane juxta illud Tragici, quod habet, quam visit:

Ἄλλοι δὲ καὶ ἡμετέροις κακοῖς
 καὶ πόνῳ καὶ κινδύνῳ καὶ πένθει καὶ
 καὶ πόνῳ καὶ κινδύνῳ καὶ πένθει καὶ

Sat ille felix et beatus, mali cui nihil in vita contigit. Atvero quanto
 vel ipsa Invidia sepe sunt feliciores, beatioresve Britannia coloni, quos Virgilius
 toto orbe divisos dixit: Ali enim, quum olim magna immanitate rapacissimo,
 num luporum miserrantur et urgerentur, hodie qui dem passim exitiali fera sunt
 liberi, adeo ut in pratis cultissimis et collibus fertilissimis vix uno molosso comi-
 te, nocte dieq' greges inoffenso pede oberrent. O bonum domi forisq' utile!
 O bonum bono publico gratissimum acceptissimumq'! O bonum Regioni saluberrimum
 pulcherrimum! Sed unde Vos, Auditores Venerandi, putatis consecutos
 id boni esse Anglos, albae gallinae filios? certe non inertia, non sopore, non socor-
 dia huc fuit opus; sed animi industria & alacritate, propriis sollicitudinibus, cura
 et providentia. Quare, si Britannia Principis in quicquid est boni, Anglia contigit.
 Is prope, quum ultro citroq' deliberasset, quid pro ratione loci tanto malo opponen-
 dum esset, non solum, ut in singulos annos triceni lupi redigatis nomine salvarentur,
 lege sancivit; sed et, ut tres capitis ob culpam commissam poenae loco, si non lupos,
 rum corpora, capita tamen, sinoras & cutes offerrent, praecipit. Ut autem
 penitus universa voracissimi & procacissimi animalis progenies in Anglia

ALACI... VOTUM

deleretur, adduci quoque coeperunt ubi vis locorum, circum circa, hac & illac, homi-
 nes praemis aliisque mille modis, qui & suo Marte eo allaborabant, ut lapsi anà cum
 catulis & cavernis terre protraherentur, adeoque perniciosissima vaporum Progeni-
 es in quibusvis, remotissimis etiam locis Anglia, deleretur. O curam populi
 nervae signam! O vigilantiam pro salute Patriae solertissimam et proinde astis ad
 quandam! Utinam, O utinam eadem rerum humanarum apices, Reges ac Principes
 puto, uteretur cura, & aut legitimis Rescriptis, aut gravissima gravissimae poena
 indictione, aut etiam praecleari praecleari praemii oblatione invitarent, allicerent, attra-
 herent quacumque sub coeli plagâ homines ad persequendam, ad expiendam, ad eradi-
 candam crudelissimam feram, Calumniam puto, quae lupinâ sua nitole et clandestinis mor-
 dicibus tanto crudeliorem, tanto ferivorem, tanto atrociorum parat stragem, quanto
 plures viros innocentes, vitamque integram et ab omni sceleris contagio puram agentes ad
 fama usque periculum rapat. Hoc sane pacto nulli boni viri fama, neque falsis rumoribus
 deleretur, neque famosis libellis enigraretur, tamodo ipsa cogitatio rei a conatu tam
 foedo homines maledicos, qui sane ingenueque sunt mentis, revocaret.

Quicquid sit, sive expiatur tandem Calumnia, sive non, Ego interim eam oratione
 mea telis confosurâs ante pedes, ante haec subsellia, ino & in hanc inferiorem Ca-
 theoram protraham, non quidem stercenti quodam virgula, quae animas ille prostrat
 vit orco; sed ipso sermone ac stylo quavis macilentis & jejunis adhibitis, ut forte cuius
 adjuvamento intueri quidvis eque possimus, ac oculis usurpare idem licet. Atque
 haec res est, quam remis quidem meis agam, sed fretus tamen aequitate causae,
 ut ut ringantur, indignentur, quantum valent obtretores. Nempè rampantur, ut
 illa cetero, si quid forte dictum a me videbitur asperius, Ego tamen foeditatem
 huius vitii non dissimulabo. Contemisco sane, quam ortum ejus, quam
 Patrem et Matrem, quam Obstetricam & nutricem Calumnia uno intuitu revol-
 vo, Imo & vox faucibus fere haeret, quam de detestando auditus horrendo vitio
 in hoc sanctissimo Philosophiae sacroris cogito. Conticescere igitur mallem ho-
 die, quam in his ipsis delicatis Musarum sedibus aliquid dicere. Esto

autem, quod
 Viri fere
 qua par ep
 polig va
 proinde
 orationis
 tandem, fe
 ut dicitur
 quidem, q
 fere fua
 enim, Cal
 Parent em
 mos homin
 quam pe
 transeat
 tantem,
 tur. It
 Est autem
 tenuare
 Calum
 Es ur
 Calumni
 ex dicit
 ator.
 appella
 Acher
 omnis

autem, quod peccissimum vitium sit calumnia, nec dignam oratione. Ego tamen
 Viri Apollinares, Musarum Patroni ac Fautores benignissimi, confido, fore, ut ea,
 qua par est patientia mihi non Nestorium in modum eloquenti, sed balbutienti
 potius vacuas aurium vestrarum ades referatis, meque benevole audiat. Facite
 proinde summi Viri, facite agravitatem vestram, ut dum hunc Oceanum in gredior et
 orationis mea vela laxo, syrtis periculosas Calumnie tuto praetervehar, et
 tandem feliciter appellam. Atque ab ovo quod dicitur, Tractatio,
 ut dicitur, Calumniae ortum primo videamus. Hunc autem, quod attinet, nobis
 quidem, qui ad recti iudicii normam res aestimamus, arrectae stant aures et vox
 ferè faucibus haeret, si de illo protipia verba facere velimus. Calumnia
 enim, Calumnia non secus est ac conviciandi Licentia, natalis debet orco, et
 Parentem agnoscit Diabolum, qui & ipse primum statim calumniatus est, inque ani-
 mos hominum perverfos, calumnias transplantat, alit, fovet, ac tandem per os huius
 quam per aptum Instrumentum in apricum producit, ut in aliorum atque aliorum
 transeat aures. Unde et est, quod uterque fovet Diabolum hanc filiam secum hosi-
 tantem, & qui calumnias auribus percipit, et qui calumnias ore profert a eloqui-
 tur. Ille nempe in aure, hic vero in ore & lingua eandem habet comitantem.
 Est autem Calumnia vox ab Hebraico, ut multis videtur Calā, quod est elevare et ex-
 tenuare. *Utrumque in sum, utrumque in sum, utrumque in sum, utrumque in sum, utrumque in sum,*
 Alibi igitur Ignominia Ebneis est, et Elevatio. Alii derivant a κωδὴρ vel κωδῶν
 quae in κωδὴρ κωδῶν, quod est bonum diminuerè seu depravare. Graecis
 Calumnia dicitur διαβολή, et quidem non sine ratione. Est siquidem vox graeca
 ex διαβολή, quod est calumniari, unde et διαβολὸς idem ac Calumni-
 ator. Et quoniam Prudentius, quem ob ineptam verum cognitionem Erasmus
 appellare non dubitat Portentum Galliae & Vubū Lucernam Juris, explicat
 Adversarium, utrumque tamen significatio pessimo Spiritui tanquam natali
 omnis Calumnia Parenti exequo respondet. De Patre Calumnie

dicimus. Sed ex me forte queritis, Auditores honorandi, quam agnoscat
Calumnia flatrem? scialis, velim, nullam aliam eam esse prederigens
illud Virtutum omnium tormentum, & ut e veteribus quidem dicit, ipsi
us Diaboli iumentum, Invidiam. Etenim dum alii aliis ex Invidia
destrahere incipiunt, aliorum comoda sua incommoda, res aliorum se-
cundas suas adversas, aliorum existimationes suas dehonestationes
reputantes, fit inde, ut oriatur et nascatur Invidia. Invidia,
inquam, qua, ut Placcus ait,

Siculi non invenere Tyranni
majus tormentum.

Quid? nonne Invidia omnibus malis est peior? quos enim captivos
duxit, illi liberari nequeunt: quos vulneravit, illi non possunt sanari; quos
aculeatis sictis laesit, illi ad salutem non redeunt. Est et omnium bono-
rum venenum, est scelerum verba, est viva vitiorum scaturigo. Hanc qui
non videt, bonum videt: hanc qui nescit, malum nescit: hanc qui fugit,
mortem fugit. Audisti, o Auditorum corona, unde oriatur, qua
matre producatur Calumnia. Inde nempe oritur, quod multi homi-
nes de corrupta natura instinctu & afflatu ipsius Diaboli adeo honoris
sunt appetentes, ut nec pares iuxta se ferre, nec superiores velint
revereri. Uno verbo, quod dixi, repetam: Calumniae mater est Invi-
dia, quae non carnis quatit muros, non elidit membrorum septa, sed
ipsam cordis irradit arcem, et, antequam viscera sentiant, ipsam Domi-
nam corporis animam in extremum adducit discrimen. Ne sicuti
erugo ferrum, ita Invidia illam ipsam animam, in qua solem suam collo-
cavit semel, consumit. Viperas ajunt dilacerato & disrupto materno

itero, mi q
ut illam i
Chrysoston
gerit, su
laborat,
rem agit
re potest
odium
dignitati
vitis Ego
sibus ca
filius; n
elidem
quem Th
et Ant
invidia
memoria
quod ap
hau d l
risq, cr
Legimus
in saga
a pūo
quang
esse int
quempic

utero, in quo concepta sunt, nasci. Pariter ratione Invidia ea est natura,
 ut illam ipsam animam, a qua recepta est, et consumat & perdat. Unde et
 Chrysostomus dixit; De bello ipso perniciosior est Invidia: nam qui bellum
 gerit, sublata belli causa, inimicitiam deponit. At vero Invidia qui
 laborat, ab inimicitia nunquam est alienus. Praeterea apertus ille Marte
 rem agit; hic autem clam nocet; ille honesta quadam ratione bellum excusa,
 re potest; hic autem aliud nihil praetere sua potest causa, quam Salamicum
 odium. Ideoque morsus ejus virulentus, homines plerumque, qui summum honoris et
 dignitatis, virtutis & gloria gradum tenent, experiantur, ut id satis superque
 vitis Excellentium Virorum Graecia patet. Pauci nempe reperiuntur, qui mor-
 sibus caruerunt Invidiae. Non caruit illis Alcibiades Simonis Atheniensis
 filius; non caruit Epaminondas Thebanus; quippe qui obtrectatorem Cleone,
 eisdem in administranda republica habuit; non caruit Cimonis, ut pote
 quem Theonino dente rodebat Seleucus; non caruit Lysimachus, Ptolemaeus
 et Antigonus, viri preclaris opibus valentes. Ex illis autem maxime Chabrias,
 Invidiae morsus expertus est, qui e sumis Ducibus pro ceteris res multas
 memoria dignas gessit. Is igitur cum Boeotus subsidio venisset in praelium,
 quod apud Thebas fecit, seipsum vero ab Invidia vulgi non putaret absuturum,
 haud libenter ante oculos civium suorum versabatur, optime sciens, in magnis libe-
 ris, civitatis gloriae & felicitatis individuum esse comitem Invidiam.
 Legimus et de Frederico II. Caesare cum in foro, tum in foro, cum in toga, tum
 in saepe celeberrimo memoriae proditum, quod ob nimiam virtutem et felicitatem
 apud Pontificem Romanum in primam tandem incidisset Invidiam atque odium,
 praequamquam ille ipse iras et execrationes magno contempsit animo, cum verum
 esse intelligeret id, quod Gregorius Papa saepe dixerat, Eum, qui illicite
 quempiam excommunicaret, seipsum magis, quam alios excommunicare. Unde

gno...
 igens...
 xit, ipi...
 rvidia...
 am se...
 tiones...
 uria...
 rivos...
 i; quos...
 m bono...
 anc qui...
 ugit...
 qua...
 homi...
 honoris...
 elixit...
 Invi...
 sed...
 Domi...
 sicuti...
 m collo...
 terno...

et nihil aliud frequenti sermone usurpavit, quam hoc, De complu-
um Triariorum Strepitum audivisse, sed nondum perisse. Nam
haec sunt verba ex eo, quod apud Arinam legitur:

ὁ ἄσος ἑὸν ἰσχυρὸν ἔσχευε καὶ χερσίν,
ἀποσείων ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ λαοῦ,
In coelum pugna dimicans umbratili interficit minis: Nimirum
est interminatio, quae ab eo fit, cui glare est ventosa in linoua, quig
territat armis, ut canit Flaro. Habetis, Auditores Venemadi,
Calumnia matrem Invidiam, ab indole perverissimam descriptam forte fuisse
quam par erat ac dicendi ratio exigebat: Nunc audite, quae
obstetricante foemina in has aures vitales prodeat ex ictu invidiae
Calumnia. Est hic obstetrix Ignorantia, cuius opem implorat in sa-
lumina partu Invidia, haud secus ac olim Junonem parturientes invo-
cabant clamantes: Juno Lucina fer opem. Quid? nonne ita est
quod, dum alius invidemus, iudicia non nisi sinistra et imalura, non nisi contra-
ria et diversa, non nisi iniqua admittamus, et quidem talia, quae a gomerio
rumore hominum de tribu levi aut amicularum nugacissimarum nasci
solerent? Interim patitur iustus, cuius tamen vitam ac mores nequaquam
perspeximus, nec unquam etiam cognovimus. Atque non tantum iustus haec
ad Graecos, ad Persas, ad Hebraeos, ad Indios, ad Rusticos, qui ne et solum
quidem semel manibus triverunt, pertransiunt, sed etiam, quod huius seculi est
vitium, in magni nominis virorum, qui cum divina tum humanae veritatis
curam gerunt, animis dominatum sibi sumit, haud secus quasi singula quae
illi haberent perspecta, quae cum ignorantibus tamen ignorantibus pro suis
ignorant. Quod si iam illi prius inquirerent in vitam ac mores Propin-
quos et nequam spagis a domesticis suis, qui non adeo sunt fideles, integri,
nec veraces, neque peregrinorum mendacia curarent, aliter forte iudicarent.

et obtrahit
Venerandi
qui facilis

Nostris de

Qui pro

vir imp

deuda

manifest

Est nam

qui con

hic re

liaris

intuent

singul

dicium

Teste, v

loquacu

est, qu

mae p

pru den

patiu

Fid

Susp

643

et obtricatorum Calumnias tam facile non admitterent. Nolite, proinde
 Venerandi Auditores, ab nolite tam facile credere aliis: Nostis enim Tritum illud
 qui facile credit facile decipitur. Nostis & Ordii præceptum:
 Non cito credideris, quantum cito credere lædat.
 Nostis deniq; quod habet Comicus quidam:

ὄσις δὲ διαβόλας οὐδεὶς ἔχει
 ἢ τοὺς ἀοργῶς ἀδύς ἐστι τοὺς ὑποκρίτους,
 ἢ τὰ ἀνὰ τὸν ὄψον ἀπαλαγίς ἔχουσιν ἔχει:

Qui præbet aures calumniis credulam, vel Ingeniosus est præditus
 vir improbus, vel mentis hæud plar quam puer qui vis habet. Non cre-
 denda sunt, inquit Psidorus, nisi præ certis indicis comprobantur, nisi quæ
 manifesto examine convincuntur, nisi quæ ordine iudiciario publicantur.
 Est namq; hæc reus non qui diffamatur, sed qui fabulatur & sycophantatur,
 qui conviciatur, qui deniq; facile diffamatoribus credit. Et quidni et
 hic reus esset? Nocet enim proximo suo credulitate, quæ nimis tandem fami-
 liaris in hominum congressibus. Certè quemadmodum ii, qui parietem
 intuentur, ex levi linearum ductu animalia varia, nig; cõ et facies sibi
 fingunt; sic non raro fit, ut rerum futiles quasdam umbras et præ primis iu-
 dicium nostrum ad plebis famam fingam. Quemadmodum idem Aristotele
 teste, vinum alios hebetiores reddit, alios acutiores, alios elinoves facit, alios
 loquaculos pro corporum habitu; ita etiam stultitia plebis et ignorantia veri
 est, quæ multos invitata ad perhibendam rumoribus fidem, idq; non sine sa-
 ma proximi nostri detrimento facit. O igitur hæc quid em in re parum
 prudentes viros! o nimis improvidos homines, qui a vulgo sibi tam facile imponi
 patiuntur, ut credant, quod interdum ne speciem quidem veri habet.
 Sed exigit ignorantiam multo pestilentior, quam quod pestiferissimum
 Suspicio. Sic enim hæc, ut, dum pravi homines ex sua ingenio æstimant

impli
 . Na
 ram va
 q; coelū
 nemadi
 forte sic
 equa
 vidia
 in sa
 nro ca
 ne ita q
 nisi contr
 pmero
 n' naci
 quam
 p'bis ha
 Sopum
 ecūti est
 ritatis
 la quæq;
 p'or sus
 Propimi
 3, in leg
 a dicant

alios, et ex vultu gestuq; alieno saepe iustissima interpretantur, in suspicionem viros trahant integros vitae scelerisq; puros. Patet inde Suspicionem manus quasi prebere suas exsurgendas Calumniae, ut indices incrementa, quibus alatur, sibi samat, donec in ingentem excreseat molem. Audite, quaso, Venerandi Viri, Rem enim omnem simili aliquo illustratum ibo: Nempe quemadmodum morbus in corpore non admittente, quod sibi propriam est, multarum nozarum et absurdarum rerum gignit appetentiam: ita Suspicio aduersus cognatos & domesticos res malas et noxias appetit, donec Calumnia iustam accipiat quantitatem, Unde coecam hanc dixit Cicinna, quum cognitio sit excessiva et infirma Conjectura. Videtis Auditores benevoli, quam foedum monstrum sit Calumnia? Est utiq; monstrum foedissimum, quum Parens eius sit omnium turpissimas, Mater sit omnium sceleratissima, Obstetrix sit vitiosissima, & Nutrix Pestilentissima. Quis jam est, qui mecum harum iterumq; non exclamet: O vitium omnium vitiorum vitiosissimum! O scelus omnium sceleratissimum! O abominandum! O nefandum imo et visu & auditu horridum, in deo diris horrendum crimen! O vitium uno ictu ad farias, ad Tartara tandem amandandum! Vos vero Auditores honoratissimi, quum omnino constet, inter Vos omnes nihil tetrius, nihil nocentius, nihil nec Deo nec iustissimis viris odiosius esse Calumniae, Calumniam tanquam pestilentissimam Pestem omniumq; flagitiorum Lernam cane pejus & angue fugite, Calumniatores tanquam nequissimos omnium bipedum aversumini, majorum vestrorum pestibus resistentes. Sic, sic Vos Patroni & floccenates omnibus modis colendi, eo facilius Deignam promovetis: sic, sic citius Ecclesiae et Reipublicae salutem provehetis: sic, sic tandem eo citius Patriam, quum imo incolae eius & viros probos ac innocentes vestro vestri Patrociniis clypeo protegetis, intra Gymnasii nostri parietes expectatione omnium primi, qui moris omnibus assertam id, promovetis, unice cupiant.

¶ Sed ad alteram abhinc jam

transco
Auditor
atq; etia
animis
cendo in
continger
Horrens
aliud in
vi aures
Quicqu
tur, ut
ponam
lunna m
adulatio
quod non
ac famo
putans
audax f
En vobis
enim (a
sem no
genus f
Jobi co
quissima
item ha
tur, et
mercatu
bat? A
mas. A

112
644

transco Oratiunculae partem, ulteriolem à Te, nobilissima & studiosissima
 Auditorum' Corona, ad dextiam, inq' hac favorem et attentionem indefessam et
 atq' etiam petens. Adeste proinde per paucillum adhuc temporis spatium mihi
 animis, qui corpore praesentes estis & equitate ac benevolentia vestra meam in di-
 cendo imbecillitatem sustinete. Optarem equidem, ut mihi hac horula Platonis
 contingeret copia, ac amem contingeret Hyperidis, Varronis contingeret Doctrina,
 Hortensii suavitas, memoria Simonidis, Aetio dascii, Vis penetrans Periclis, et si quid
 aliud in Helicone residet eloquentia! Fieret enim hoc pacto, ut quaedam quasi
 vi aures eq' ac mentes vestrae ad respiciendum vitium deterrimam raperentur.
 Quicquid sit ego Calumniam interim è Loco Suspitionis descripsi, eam jam sequi-
 tur, ut è Loco Incommodorum, quae se cum magno vehit numero, eandem ob oculos
 poram. Ita namq' est, quod ex Diabolo Parente, ut supra monuimus, progenita sa-
 lunnia inter nocendi artes non tantum sensim adolescat, plena simulationis,
 adulacionis, insidiarum, odiiq' implacabilis, sed ut supera ac infera perturbet, ita est,
 quod non publica solum et privata pessimis modis habeat, sed et inimicis dicitur
 ac famosissimis libellis innocentissimorum virorum famam denigrare studeat, pulce
 putans convitiis proscindere, quos morum constantia ornat & sanctitas. O
 auctax facinus! o facinorosa gehena signum! Rem exemplis declarare valebis.
 En vobis magnum Lucis Angelum, Luciferum, Principem hodie tenebrarum. Nonne
 enim Calumniam illum eo adiebat, ut non deum tantum in Paradiso apud Princi-
 pem nostrae generationis Adam traduceret, quasi admodum iniquus erga humanum
 genus fuisset, quem conderet homines, sed et apud Deum malitiose, si historia
 Jobi credimus, Jobum falsissime accusaret? quid porro? nonne et Calumniam ne-
 quissimam factionem Sathum & Abiram adversus Moysen excitabat? nonne
 item hac Abiriam Moysis sororem in eum reprobum dabat sequam, ut illi relictam,
 tur, et arrogaret sibi quicquam, quod Africanam lepram, morbum inexpugnabilem,
 merebatur? Nonne ipsa etiam Abrahama progeniem ad caedem sui Salvadoris arma-
 bat? Armabat eademq' Apostatam Julianum in persecutiones Christianorum acceri-
 mas. Armabat deniq' illa hodieq' praeclearam Ecclesiam ergo in diuersa & contra,

onem
 m man
 quibus
 quaso
 empe
 multa
 o adve
 am acq
 texcep
 sit sa
 um tur
 ra, &
 on excla
 ram sec
 horri
 as, ad
 quum
 Deo, nec
 am pesti
 es tanq
 vifisten
 g Deiglo
 hetis:
 innocen
 parietes
 promo
 ne jam

ria fūctia. Hæc hæc sunt damna, quæ parit Calūmnia, ipsas naturæ le-
 ges transiens et suis compagibus motas pessundans. Ut ille autem vel hoc
 ipso nomine infelix lotium sit Calūmnia, quod infirmitate secum trahat tamma,
 longe tamen infelicior hæc est ob infelix illud satellitium, quod stipata incedit.
 Habet, habet ubique Calūmnia, indiviso vinculo secum junctam Infamiam, quam
 mortalem esse Plautus ait, et etiamnum vivere, quam esse credas mortuam
 habet et conexam sibi Livorem, qui magna verbis suis potestatem, humiliam epagge-
 rat: habet conexas dolosas Insidias, quas Valerius Flaccus vocat fallaces
 et obscuras: habet conexam omni fraudum peste armatam fallaciam: Perfi-
 diam denique, quæ omni fidei est violatio, habet conexam. O Pestilen-
 tissimam! O Infelicissimam Satellitium! Sed quibus fors hanc de fallacia dicam.
 Est enim hæc cissa, quæ mulieri persuasit in Paradiso fore, ut si poma degustas-
 set, cum viro, bona consequeretur, quæ redderent hominem Deo similem: Est hæc
 quæ filiabus persuasit præter Lotham superesse hominem neminem, ideoque contubitum
 eorum appetendum, ut existerentur e lumbis illius posterij: Hæc est, quæ Raheli
 raptum persuasit simulacrorum Parentis: hæc est, quæ thamari incestuosas
 persuasit nuptias: hæc est, quæ Potipharis uxori criminosam castissimi
 Juvencus Josephi persuasit accusationem. Quid pluribus opus? Fallaciam
 si dixeritis, omne malum dixeritis, quod, ut olim, ita hodiernam Orbi maxime
 terrarum incubat. De Perfidia Themistius dicit, nullam aliam magis
 ab hominum societate abhorreere malitiam, quam Perfidiam & Infidelitatem,
 ut pote quæ vitium stronicum, adversus quod nullam cautionem ac provisio-
 nem comparare possimus. Violat enim, quod unum ac solam presidium
 nobis superest, Jurjurandum, eoque maxime, ut facilius res lateat, abutitur.
 Perfidis promissis hominibus ridicula Stygis est aqua, nec minus ridicula
 Styx ipsa: Tartarcos demones pro nugis habent, pro nugis ipsum etiam
 Tartarum, quoties, perjuriam ne committant, monentur. Unde et est

good
 quam h
 ipsos fal
 stipata
 suo Cal
 quid emi
 Dum eni
 clara lu
 pultore
 hujus a
 ac expe
 cipient
 revoca
 w wo
 Xps
 conse qu
 quod dic
 alius
 hoc vel
 tetrum
 hæc ti
 Decalo

quod felicius

Serpentem in montibus, atq; Leonem.
 Venator visu'm su' gere, aditu' magis valebit
 Horum quippe animus, mensq; haud obscura patefeit,
 quam hominem, qui mente aliud versat aliud lingua pronunciat, et nec Deos
 ipsos fallere erubescit. Audi vestis Viri edumata erantionis, quoq; satellitio
 stipata mcedat Calumnia: Audi vestis cuius opera praecipue utatur In Satellitio
 suo Calumnia fallacia videlicet & Perfidia: Audiatis jam tandem vulni,
 qui eminus sequitur benefipatam Calumniam. Rubor sequitur & pudor.
 Dum enim veritas ipsa in apricum tandem profert innocentiam, eaq; paulo post claris
 clara luce meridianam elucescit, fit omnino, ut re' tunc suffundatur Calumniator, ac
 putore ipsa confundatur Calumnia. Erubescere nimirum coguntur impietatis
 hujus ac petulantiae sectatores, quum Veritatis scintillas in oculis suis sentiant,
 ac experiri tandem ipsius Dei severissimi Judicis vindicem oculum in-
 cipiunt. Ut audiant proinde illi Epicharmum ab hoc malitiae genere
 revocantem, ac cujusq; calumniatoris auribus acclamantem, moneo:
 ὦ τὸν γε, ἴκῃ, κὴν εἰ ποδάρκῃ κῆρυκος, κὴν εἰ βυδρῆς
 ἄχρῃ: ὦ ἄνθρωπε, μὴ τῆς ἀποτροπῆς ἰσχυρῆς ἰσχυρῆς ἰσχυρῆς
 ἰσχυρῆς. Et quidni tu'ra consequeretur Calumniator: quidni suo jumento,
 quod dicitur, proenam accerseret gravissimam: Etenim si Calumniam cum
 aliis vitis conferamus, nullum sanè tam atrox, tam nefarium est, quam
 hoc vel dygiò sulphure vix expiandum scelus: nullum tam foedum, tam
 tetrum est, quodq; Deum magis ad implacabilem provocet iram, quam dira
 haec libido diffamandi. Unde et Calumnia hominib; serio interdicta in
 Decalogo habetur his verbis: Non falsum dices in proximum tuum testimonium,

ara le.
 hoc
 ma,
 incedit
 m, quon
 mortuam
 epagge,
 fallaces
 Perfi
 estilen,
 a dican
 dequiss
 : Et hoc
 mbitun
 heli
 hūgas
 hmi
 aciam
 magis
 itatem,
 rvisio,
 ium
 itur.
 dicula
 m etiam
 r et est

Et recte quidem cum divinis tum humanis legibus licentia hæc
linguæ prohibetur, quum ipsa acrior sit herba quavis acerrima,
violentior turbine quovis violentissimo magno dissipans impetu boni
ac immaculati nominis existimationem, quæ omni ære prestantior.
Et quidni prestantior illa esset ære quovis? Possumus enim salvam
famam invenire et nancisci pecuniam, non autem pecuniam famam
redimere possumus semel perditam. Illudior hinc bona fama, vel
ipsa attestante Scriptura, esse putatur omnibus divitiis: odora-
tor esse putatur omni unopento odoratissimo; pretiosior omni-
bus gemis pretiosissimis. Luctuamus hic moralem et verè di-
vinum Philosophum Ecclesiasticum Siracidem: Sic enim ille:

Curam habe boni tui nominis, hoc enim longius permanebit
tibi, quam mille thesauri pretiosi et magni, quin imò permane-
bit illud in æternum. Ad stipulatur Poeta, quum canit:

Omnia si perdas famam servare memento
quæ semel amissa postea nullus eris.

Recte Poeta & apposite: fama siquidem non tantum vir-
tutem illustriorem reddit, sed post cineres quoque vivit: Sic enim
Nazianzenus.

Σηδες εδσβωρ αδωορτωρ, διωνσ λα βα πυο ε εορπορτωρ
ε σορμ ερμυ, δερτωρ σρωυ ερερ.

Cuncta vorant tinea: nec tu tua lingue sepulchris,
egregium est sanus nomen habere bonum.

Esper

Es

lumna

paran

armis

aliud a

vitiosif

fores,

sit: no

Na

vismal

O si t

ris! c

nausea

stent

Abra

specta

mi, Pa

cenſu

stro co

Expressius de se Ovidius:

Quilibet hanc seruo vitam mihi finiat ense,
me tamen extincto fama superstes erit.

Quare, quum multo bona fama melior vita, non imerito Calumniam exagratum homicidio, Calumniatoram vero lingua comparantur venenis, comparantur gladiis, comparantur novaculis acutis, armisq; comparantur noxiis. Quid ego autem rebus sic stantibus aliud agam, quam ut Aeneas exclamem: O vitium vitiorum omnium vitiosissimum! O vitium vitiorum omnium pestilentissimum! Dic mihi Jodes, o Calumnia, an tibi quicquam vitii, an quicquam flagitii par sit: non puto ullum par esse vitium, ullum par esse flagitium.

Na omnia in te sunt vitia, & tu es in illis: Tu Lerna es cuius visumali, quod Sol unquam adspexit & in futurum adspiciet.


O si te omnium scelerum sentinam plurimis execrari possem divis! O si detestari satis tuam possem virulentiam! Sed nausea suboritur, dum de te cogito; ne dicam, quod arrectae stent comae & vox faucibus haereat, quoties te nomino.

Abrumpo itaq; filum, & vos potius in hoc orationis calce, qui in conspectu meo sedetis, Viri in rebus tantis iudiciosissimi, Viri Consultissimi, Patroni optumi Maximi, oro, rogo, obsecro, ut ipsi iudicetis, e quo censu vitiorum sit, quam acri stylo perstringere hodie in hoc vestro confessu placuit Calumnia. Dum autem recte iudicabitis

tia haec
cerrima.
tu boni
stantia
salva
famam
ma, vel
odora
hor omni
vere di
lle?
nebit
mane
anit:
m vir
ne enim
op
chris
m

e' censu' pessimorum esse vitiorum Calumniam ipsam pejorem, quam
quod pessimum, non diffido, quin frictissimum stadium fricturi sitis
in pestilentissimum hoc monstrum, aut fauces ejus laqueo fracturi,
ne hinc inde impune serpat, et virulentam suam linguam totidem
integerrimis Viris frivole noceat. Non nisi presentissimo
cum fama periculo virus suum evomens et neq; curus, neq; templis
neq; scholis parcens, quo minus comaculentur, denigrentur,
polluantur.

Na minor auct' virto aliorum reddere fame
Vindicias laese, plectere quam reprobos,



Nunc
Hic
Quod
Ergo
Ipsa
Illi
Sed
Ad
Tergem
Quo
Abs
A
Hic
Aim
Sanct
In sa

Nunc quia fata iubent hinc me discedere, nolunt
amplius hinc tanta me bonitate frui.

Hic ubi Nissa fluit, gratissima marmura fundens
auribus, et Ephyri gaudet honore levis.

Quod pia fata volunt nunquam contemnere fas est,
scilicet in votis, extra ea siue fiet.

Ergo, quia hocce iubet, quod dixi, tristia fata,
non possum in gratia linquere mente locum.

Ipsa Trias Caritum grates iubet addere dignas,
et pietas et amor precipit atque iubet.

Illud prohibeat licet invidiosa Vetustas,
rerumque, ad nolit tempus edax fieri.

Sed quo me vertam prius, tunc quam movero post?
quid prius incipiam? quid prius ore loquar?

Ad Te, summe Deus, primum haec mea limina flecto,
palmasque ad celsi sidera tendo poli.

Tergeminas grates, melos et Tibi concino sacrum,
pro bonitate tua proque favore tuo.

Quo me complexus prima ante exordia mundi,
antequam micuit Phoebus in aere Poli.

Abs te nempe Deo totus dependeo: Primus
ecce Creator eras, tu mihi Tutor eras:

A puero puerum me dixti: matris in alvo
formasti, tua me traxit et inde manus.

Patris tractus ab alvo a Te, Deus, usque pependi,
Bivis cum infans pendet ab ubere matris.

Et immensus amor, natum quod Jova dixisti,
ut nos ex Erebi faucibus eriperet.

Santum misisti flamen solamine dulci,
pectora ut erigeret, tristia corda levans.

Quo sano sanam servasti corporis mentem,
solibus ingenii iudicibus beams:

Pastores animae vigilantes clarosque, Juvencos
nostrae Doctores das mihi summe Deus,

Pluribus atque bonis me qualibet officis hora,
singula quae jam non enumerare queo.

Pro tam multiplici Tibi munere, magne Solarchae,
grates quas possum mente animoque ferre.

Sis porro praesto virtutis et anchora vitae,
sis felice status, sis cynosura meis:

Sis valictam robur, mea sis quoque Petra Jovea,
sis mihi praesidium, sis mihi dulce decus!

Me Deus exaudi: tua enim clementia finem
nescit, nec fixum novit habere modum.

Ab ego sum pauper, miser et sum proorsus ab omni
praesidio vacuus, mi Deus, adfer opem.

Da mihi fautores, floccenatesque benignos,
qui re me miserum consilioque juvent.

Incolumes etiam Jova salvosque Parentes,
fortes hos Jova, Jova dilatesque mihi.

Dege favore Deo: pergat tua gratia porro
largiri large prospera quaeque mihi.

Hoc iter aggrediar, facito cras fidere iusto
sis precor, alme Deus, duxque comesque via.

Sic Te, Jova, canam cythara, te voce sonora
dicam, Te gratam mente per astra feram:

Membra meo quamvis in corpore vilita fatiscant,
verbaque lingua loquax nesciat ulla loqui,

Debituar quamvis oculorum lumine dulci,
et pes officio cesset atterere suo,

Aures obtusae quamvis audire negassint,
exeat hospitio vitaeque chara iusto:

At tamen haec mea labra tuam iusto ordine laudem
narrabunt quavis et tua facta die.

Nec cessabunt illa proque, quam Luna biconis
desinat Joveas ire, deducere vias,

quam
sitis
tracturi,
idem
antissimus
templis
ventur,



Ad Divinum Cos. Forsterum

Quae tibi vota fecit pietas mea magne Patronae,

Curia cui cura est nichil Gorticii?

Te, Forstere, puto: tibi quae munuscula solvam,

Aonidum Cario, Consulamandae, gregi,

O magne tibi permagnas debeo grates:

nam bona multa a Te, mente reposta gero.

Poscis, ut haec a me memoratur carmine longo?

Uno non possum carmine cuncta loqui.

Set cur his Vatum numeris astringere verba

audeo? cur metricos carmine fando modos,

In promptam causa est: teneor persolvere grates,

quam sit nil aliud, quod tibi ferre queam.

Nil magis conveniet, quam si celebrabo favorem,

erga me facilem laudibus signa canam.

At vero verbis dignè quæ eloquar istum?

quod fuerit fateor, magnus inuisus favor.

Quicquid sit: voto mentem declaro: Solarcha

let tibi pro meritis desuper omne bonum,

Legibus ut possis semper moderariæ æq;

pro summa cives deperitate tua.

Sic sub te florebit Curia Consule Cario,

Urbs sub te crescet indulta Gorticiium.

Ad Dn. Hospitem Cos. Barthol. Gehlerum

Hæc foret impietas, si jam mutescere vellem,

et tibi met grates carmine ferre negem:

O Urbis Procerum Primas, o Magne Gehleræ,

quid tibi pro meritis pectore et ore dabis?

Carimine quo digne poterò bene facta referre?

maxima sunt a Te præstita namq; mihi.

Næ benefacta mihi vis lingua stabitur ulla,

aspicio fausto præstita quantafient.

Et patet inde favor tuus, o Gehleræ colende,

quod tua me voluit Cura lucem soboli.

Tempo deficeret, si singula dicere vellem,

pro quibus abs! gratum non licet esse mihi.

Ante peribo tamen, quam sin planè imemor horum:

non est in gratio bestia tetra magis.

Ergo tibi meritas grates quascunq; licetbit,

pro tam largifluis pectore semper agam.

Et pietatis ope, gratum pro munere quovis

esse; sed id nequeo munere, mente tamen.

Semper inoblita repetam tua munera mente:

et mea me tello audiet esse tuam.

Gratq; ero, quocunq; siem sub limine mundi,

votum proq; tua prosperitate canam.

Vive Gehleræ diu soppes cum Coniuge dulci,

canq; avia soppes sit tua grata diu!

Nobile par quatum sit soppes totaq; nec non

Gehleriana domo floreat ac vigeat.

Floreat ac vigeat nomenq; extendat ad astra,

paucis proo repeto, Gehleriana domo!

Ipse Deus firmet votum det pondus inesse,

Tuq; Gehleræ olim magne memento mei.

Ad ampliss. Nobiliss. Senatuum Gortici.

Nec positum nostris in viribus, ampla Corona,

fundere pro meritis carmina signa tibi,

Pro meritis inquam, quæ sunt collata scienti,

nec possum grates voce referre pares.

Interea mihi semper erunt in fissa medullis,

perpetuq; anima debitor hæc ero,

Spiritus hic vacuas proo extenuandus in auras

ibit, et in tepido feret ossa rogo;

Quam subeant animo meritorum oblivio nostris

et longa Pietas excidet ista die.

Vivite felices, Patres, per Nestoris annos,

quò voto quod sit mens mea grata, probò.

Iste præstabo tamen quovis gratum tempore cuncto

et vestri decoris præco futurus ero.

Ad Reverendum Ministerium.

pede vos sicco traahim, Lumen clara,
